# IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6″

Photographic Sciences Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

CIHM/ICMH
Microfiche
Series.

CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.

Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- [ ] Coloured covers/ Couverture de couleur
- [ ] Covers damaged/ Couverture endommagée
- [ ] Covers restored and/or laminated/ Couverture restaurée et/ou pelliculée
- [ ] Cover title missing/ Le titre de couverture manque
- [ ] Coloured maps/ Cartes géographiques en couleur
- [ ] Coloured ink (i.e. other than blue or black)/ Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- [ ] Coloured plates and/or illustrations/ Planches et/ou illustrations en couleur
- [x] Bound with other material/ Relié avec d'autres documents
- [ ] Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/ La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- [ ] Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/ Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- [ ] Additional comments:/ Commentaires supplémentaires:

- [ ] Coloured pages/ Pages de couleur
- [ ] Pages damaged/ Pages endommagées
- [ ] Pages restored and/or laminated/ Pages restaurées et/ou pelliculées
- [x] Pages discoloured, stained or foxed/ Pages décolorées, tachetées ou piquées
- [x] Pages detached/ Pages détachées
- [x] Showthrough/ Transparence
- [ ] Quality of print varies/ Qualité inégale de l'impression
- [ ] Includes supplementary material/ Comprend du matériel supplémentaire
- [ ] Only edition available/ Seule édition disponible
- [ ] Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/ Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

| 10X | 12X | 14X | 16X | 18X | 20X | 22X | 24X | 26X | 28X | 30X | 32X |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | ✓ | | | | | | | | |

e
étails
s du
nodifier
r une
image

s

rrata
o

pelure,
à

32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol —► (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole —► signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 |

| |
|---|
| 1 |
| 2 |
| 3 |

| | | |
|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 |
| 4 | 5 | 6 |

## DIE IX SEPTEMBRIS

IN FESTO

# B. PETRI CLAVER, CONF.

DUPLEX

*Omnia de Comm. Conf. non Pont. præter seq.*

---

ORATIO.

Deus, qui miserabilia mancipia ad agnitionem tui nominis vocaturus, beatum Petrum, Confessorem tuum, mira in eis juvandis sui abnegatione et eximia charitate roborasti : ejus nobis intercessione concéde ; ut non quæ nostra sunt, sed quæ Jesu Christi quærentes, proximos opere et veritate diligere valeamus. Per eumdem.

IN I. NOCTURNO.

*Lect. de Script. occ.*

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

Petrus Claver, Hispanus, Verduni natus, quod oppidum est Cataluniæ non ignobile in diœcesi Celsonensi, Societati Jesu nomen dedit adolescens moribus innocentissimis. Religiosæ vitæ tyrocinio sancte et ad exemplum functus, humanioribus litteris et philosophiæ operam daturus, in Balearium maximam trajecit : ubi cum beato Alphonso Rodriguez, qui multa jam tum de Petri apostolatu, ejusque futura in cœlis gloria divinitus cognoverat, conjunctissime vivens, ab eo sublimioris virtutis arcana et labores ingentes sibi paratos edoctus est. In Hispaniam revocatus, theologiæ curriculo nondum expleto, in Neogranatense australis Americæ regnum, moderatorum jussu, transmissus, et sacerdotio auctus, sacrarum disciplinarum cursum in urbe Sanctæ Fidei Bogotensi

confecit. Inde Carthaginem ad oram maris Atlantici missus, in illo emporio rudibus et barbaris hominibus ex Africa adductis, et per vim de libertate in servitutem dejectis, se omnesque vitæ suæ rationes, interposita etiam sacramenti fide, plane devovit: quorum ipse unus multa millia salutaribus baptismatis aquis expiavit. Vix autem dici potest quanta patientia et charitate in calamitosissimo illo hominum genere excolendo, et christianis præceptionibus et moribus imbuendo, vir apostolicus per quadraginta et eo amplius continentes annos desudaverit.

R. Honestum.

LECTIO V.

Neque eorum animis solum, sed et corporibus opitulabatur assidue. Cum naves ejusmodi mancipiis onustæ in portum appellerent, præsto aderat Petrus, cibum, potum, pharmaca, aliaque necessaria præsidia secum ferens, hominesque miseria et squalore confectos, ceu pater filios, peramanter complectens, nudis vestimenta, esurientibus escam, ægris medicamina suppeditabat. Lue pestifera, aliisque morbi sinfectos, nihil de sua vita sollicitus, peculiari cura et ope levabat, visus non raro putrida eorum ulcera studiosius tractare, donec nauseantis naturæ molestiam penitus superaret, dignus inde qui plurimis a Deo charismatum donis ditaretur. Quamplures a medicis desperatos subito sanitati restituit, multis oculorum lumine captis visum reddidit, tres a mortuis excitavit. Pallium quo utebatur, quodque sæpe, alio stragulo deficiente, ægris languentibus quibuscumque imponere, vel substernere solebat, ægrotorum et pessime ulceratorum sordibus licet inquinatum, nonnisi suavissimum odorem efflabat, ejusdemque contactu plures repente ex morbis gravissimis convaluerunt.

R. Amavit eum.

LECTIO VI.

Tot laboribus in mancipiorum cura exantlatis minime fractus, cæteris etiam, qui Carthagine versarentur, civibus advenisque juvandis, hæreticis cum Ecclesia reconciliandis, Mahumeticæ superstitioni addictis, ad Christi

ovile trahendis, multam atque utilem operam posuit. Quod temporis superesset contemplationi dabat. et fessus diurnis laboribus, in seram noctem horas continentes Deum precabatur, semper cum eo virtutum exercitatione conjunctus. Virginalis integritatis custos rigidissimus, eam puram ab omni labe ad tumulum usque servavit. Somni parcissimus, asseribus, injecto supra centone, indormiebat. Erga omnes comis et affabilis, in se uno excruciando asper et sævus. Domi forisque in honore habitus, nunquam extulit animum ; odia impiorum et convicia immobili fortitudine toleravit, nullam adhibens contumeliæ memoriam. Demum tot virtutum meritis, et potissimum charitate eximia illustris, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, die natali Deiparæ Virginis Mariæ, quam a puero semper adamaverat, ad cœlestium sedem placido exitu emigravit, annum agens ætatis nonum supra sexagesimum. Post obitum clarior eluxit sanctitas, patratis a Deo, ejus intercessione, illustribus miraculis, quibus rite probatis, Pius nonus, Pontifex Maximus, honores Cœlitum beatorum eidem tribuendos decrevit.

R. Iste homo.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Cap.* 10.

### LECTIO VII.

IN illo tempore : Legisperitus quidam volens justificare seipsum, dixit ad Jesum : Et quis est meus proximus ? Et reliqua. Homilia S. Joannis Chrysostomi.

*Ex Hom. 8. adv. Judæos.*

IMITARE Samaritanum illum qui in Evangelio tantam erga vulneratum præstitit sollicitudinem. Etenim illic præteriit Levita, præteriit Pharisæus, ac neuter deflexit ad jacentem ; sed inclementer crudeliterque relicto illo, abierunt. Samaritanus autem, qui nulla ex parte illi conjunctus erat, non prætercurrit; sed occurrens misertus est, instillavit oleum et vinum, imposuit asino, duxit ad diversorium, pecuniam partim dedit, partim pollicitus est, pro ejus, qui

nihil ad ipsum pertinebat, curatione. Si Samaritanus adeo humanus mitisque fuit erga hominem ignotum, quam habituri sumus nos veniam, si proprios fratres neglexerimus in malis gravioribus? Ne igitur dissimulemus neque inclementer prætereamus ; quin etiamsi alii hoc fecerint, cave tu ne idem facias.

R. Iste est.

LECTIO VIII.

NEQUE enim Samaritanus ille dicebat : Ubi nunc sacerdotes, ubi nunc pharisæi, ubi nunc Judæorum doctores ? Sed perinde ac venatum quemdam maximum nactus esset, ita lucrandi ansam arripuit. Et tu ergo cum videris alium egentem curatione vel corporis vel animæ, ne dicas apud temetipsum : Quare ille aut ille eum non curaverunt ? Sed illum tu a morbo libera, nec rationes negligentiæ ab illis exigas. Si aurum jacens invenias, num dicis apud temetipsum : Quare ille aut ille non sustulerunt ? et non festinas ante alios rapere ? Itidem et de fratribus collapsis cogita putatoque thesaurum te reperisse, nimirum curam illorum. ¶ Etenim si instillaveris cuipiam, velut oleum, doctrinam sermonis, si ligaveris cum mansuetudine, si sanaveris tolerantia, ille te faciet ditiorem quovis thesauro. Qui enim separaverit pretiosum a vili, tanquam os meum erit, inquit Deus. Quid huic bono poterit æquiparari ? Quod neque jejunium, neque humi cubationes, neque pervigilia, neque aliud quidpiam potest efficere, id efficit fratris procurata salus.

R. Sint lumbi.

*Lect. ix. de S. Gorgonio.*

*In Laud. fit Commem. Oct. Nativitatis B. M. V.*

*Deinde S. Gorgonii.*

*Imprimatur,*

✠ E.-A. ARCHPUS QUEBECEN.

x.

as,
ip-
ille
ion
re?
col-
que
se,
m.
ris
oc-
ga-
ne,
il-
uo-
im
a
um
uid
pa-
ni-
tio-
ne-
est
tris

*nio.*

*em.*
*V.*

